

55 Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Ἰωάννη ἐπάρχῳ πραιτωρίων. Ὁ παρῶν νόμος εἰς ἕτερον νόμον γεγραμμένον παρ' ἡμῶν ἀναφέρεται μνήμην, ὃν δὴ καὶ αὐθις ἐπικυρῶσαι μετὰ τινος καλλιονος ᾠήθημεν χοῆναι προσθήκης, μελίζονα ποιήνῃ κατὰ τῶν πλημμελοῦντων ἐκφέροντες, οὐχ ὅτι ταῖς ἀξίησιν χαίρομεν τῶν ποιῶν (οὐδὲν γὰρ ἡμῖν οὕτως ὡς φιλανθρωπία καταθύμιον), ἀλλ' ἵνα τῷ δέει τῆς τιμωρίας τοὺς ἀμαρτάνειν προσηγμένους τοῦ πλημμελεῖν εἰρξώμεν.

1 Ἰσμεν τοίνυν γράψαντες νόμον λέγοντα μηδεμίαν εἶναι παρορησίαν τοῖς τῶν ἀγιωτάτων ἐκκλησιῶν οἰκονόμοις ἢ τοῖς προεστῶσι ξενῶνων ἢ νοσοκομείων ἢ πτωχείων ἢ μοναστηρίων εἴτε ἀνδρῶν εἴτε γυναικῶν ἢ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων συστημάτων, ὧν ἡ προλαβοῦσα διάταξις μέμνηται, τὰ διηνεκῶς αὐτοῖς καταλειμμένα, ἅπερ ἀνάγια καλοῦσιν οἱ νόμοι, κατὰ τι σύμφωνον ἢ χροσίου διαπιπράσκειν ῥήτου ἢ ἐκποιεῖν ἄλλως καθ' οἰονδήποτε τρόπον καὶ τοῖς ἐφεξῆς ἀναίρειν τὴν ἐντεῦθεν παρανομήν. καὶ τοὺς πρόποντας τῷ νόμῳ προστεθείκαμεν λογισμοὺς, ὡς οὐκέτι διὰ ταύτην τὴν ἐγχείρησιν οὐδὲ τῆς προσηγορίας τοῦ ἀναλίον σαζομένης, εἰ μὴ μέλλοι δίδοσθαι κατ' ἔτος, ἀλλὰ πρὸς ἅπαξ καταβληθὲν εἴτα τελείως ἐξαπόλοιο.

2 Τοῦτον αὐθις μετὰ τινος προσθήκης ἀνανεοῦμεν τὸν νόμον θεσπίζομεν, εἴ τις ἢ τῶν εὐλαβεστάτων οἰκονόμων ἢ ξενοδόχων ἢ νοσοκόμων ἢ πτωχοτρόφων ἢ γεροντοκόμων ἢ βοσκοτρόφων ἢ ὄρφανοτρόφων ἢ ἀρχιμανδριτῶν ἢ τῶν ἄλλων τῶν περιεχομένων τῇ προτέρᾳ ἡμῶν θείᾳ διατάξει προσώπων τὸ διηνεκῶς καταλειφθὲν τοῖς εὐαγέσιν οἰκοῖς, ὧν προῖστανται, εἴτε ἐν χροσίῳ εἴτε ἐν ἄλλοις πράγμασι πειραθεῖη μεθιστᾶν εἰς τὸ μὴ δοκεῖν εἶναι διηνεκές, ἀλλ' ἐπὶ διαλύσεσιν ἢ πράσεσιν ἢ τισιν ἄλλαις μηχαναῖς τοῦ διηνεκῆς αὐτὸ μένειν παῦσαι πειραθεῖη παρὰ τὴν δύναμιν τοῦ παρ' ἡμῶν ἤδη φοιτήσαντος ἐπὶ τοῖς τοιοῦτοις θείῳ νόμου, μηδεμίαν ἔχειν παντελῶς ἄδειαν τοῦτο ποιεῖν, ἀλλὰ, κἂν εἰ πράξει, ἄκυρον εἶναι τὸ γενόμενον καὶ ἄδειαν εἶναι τῷ μετ' αὐτὸν τῆς αὐτῆς ἀντιληφτομένῳ φροντίδος ἢ καὶ τούτου ῥαθυμήσαντος, ὡς εἰκόσ, τοὺς ἐφεξῆς ἅπαντας εὐθύς ἀνακαλεῖσθαι τὸ γενόμενον καὶ οὕτως ἄκυρον ἀποφαίνειν, ὡς ἂν εἰ μὴδὲ τὴν ἀρχὴν ἔτυχε προελθόν, ὥστε καὶ τοὺς ἐν μέσῳ καρπούς καὶ τόκους καὶ πᾶσαν ὠφέλειαν ἐπὶ τὸν εὐαγὴ φέρεσθαι πάντως οἶκον, τῶν ἐν μέσῳ τολ-3 μηθέντων κατὰ πάντα τρόπον ἀγοούντων. Ἄνδρι μὲν γὰρ ἐκάστῳ δρόμος εἰς ἐσθι τοῦ βίου παρὰ τοῦ δημοιοροῦ δεδομένος, οὗ τέλος ἐσθι πάντως ὁ θάνατος· τοῖς δὲ εὐαγέσιν οἰκοῖς καὶ ταῖς αὐτῶν συστάσεσιν ἀτελεντήτοις ὑπὸ τοῦ θεοῦ φυλαττομένοις οὐκ ἐνεστιν οὐδὲ κατὰ τὰς κτήσεις ἐπάγεσθαι τι πέρασ, ἀλλ' ἕως ἂν διαμένωσιν οἱ εὐαγεῖς οἰκοῖ (μένουσι δὲ ἄχρι παντὸς καὶ μέχρι γε αὐτοῦ τοῦ τῶν αἰῶνων τέλους, ἕως οὗ τὸ Χριστιανῶν ὄνομα παρ' ἀνθρώποις

ἔστι τε καὶ προσκυνεῖται), δικαίως μένειν καὶ τὰς διηνεκῶς καταλιπαρομένας χορηγίας ἢ προσόδους ἀθανάτου ἀεὶ ταῖς εὐσεβέσι πράξεσι ταῖς μηδεπώποτε ἄπανομέναις ὑψηροῦσθαι. Τὸν δὲ τοιοῦτό τι πλημμελήσαντα καὶ ἀποδόσθαι τὸ πρᾶγμα χρυσίον ἢ κατ' ἄλλην τινὰ πρόφασιν θαρρήσαντα βλάβην μὲν μηδεμίαν ἐπάγειν κατὰ τὸ ἐμπροσθεν εἰρημένον τοῖς καθ' ὧν ταῦτα ἐπραξάν οἴκοις, ἀλλ' ἐκείνους μὲν καὶ τὸ χρυσίον ἢ τὸ πρᾶγμα κερδαίνειν, ὅπερ εἰλήφασι, καὶ οὐδὲν ἦττον τὸ καταλειμμένον ἀπαιτεῖν διχα τῆς οἰασούν ἐλαττώσεως, αὐτὸν δὲ τὸν τοῦτο πράξαντα κληρονόμους τε αὐτοῦ καὶ διαδόχους καὶ τὰ τοῦτου πράγματα ἐνέχεσθαι τῷ πρὸς αὐτὸν συναλλάξαντι καὶ περιποιεῖν αὐτῷ τόγε ἐπὶ τῷ οἰκείῳ προσώπῳ καὶ τοῖς πράγμασι τοῖς ἑαυτοῦ πρὸς τὸν συμβαλόντα τὸ ἀζήμιον, ὅπως ἂν πρὸς μὲν τὸν εὐαγέστατον οἶκον, ὅνπερ οὐ δέον κατέβλαψε, μηδεμίαν ἐλπίδι τῶν δεδομένων ἀνάληψιν ἢ τοῦ γεγονότος σύστασιν, ὅσον δὲ πρὸς αὐτὸν τὸν συμβαλόντα πᾶσαν ἔχοι παρὰ τῶν νόμων ἄδειαν χωρεῖν ἐπ' αὐτὸν καὶ κληρονόμους αὐτοῦ καὶ τὰ αὐτοῦ πράγματα καὶ τὸ δεδομένον, εἰ ἰσχύσειεν, εἰσπράττειν, ἵνα, εἰ μὴ τῇ πρὸς θεὸν εὐλαβείᾳ, τῷ δέει γούν τῆς ἰδίας αὐτῶν παρουσίας καὶ τῶν οἰκείων κληρονόμων ὀκνηρότεροι γίνοντο πρὸς τὰς τοιαύτας συνθήκας, ἃς ὠμολογημένως ἐπ' οὐδενὶ χρηστῷ πράττουσιν, ἀλλ' ἢ χρημασι διαφθαρέντες ἢ παθῶν τινῶν ἐλάττους γεγοῶ γότες. Ἀπερ ἅπαντα διὰ τοῦδε τοῦ θείου νόμου καλῶντες καὶ τοῦτον τοῖς ἱεροῖς ἡμῶν ἐγγραφήται νόμοις θεοσιζόντες ἀνατίθεμεν αὐτὸν τῷ δεσπότῃ τῶν ὄλων θεῷ καὶ σωτῆρι ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστῷ, καλὴν τινὰ καὶ πρόεπουσαν αὐτῷ θυσίαν καὶ ταύτην προσάγοντες. *D. prid. id. Sept. Constantinopoli dn. Iustiniano pp. A. IIII et Paulino vc. cons. [a. 534]*

id est:

*Idem A. Iohanni pp.*

Praesens lex ad memoriam alius a nobis scriptae legis revocandam fertur, quam denuo confirmandam credidimus cum meliore adiectione poenam contra contemptores augendo, non quo poenarum augmentis delectemur (nihil enim nobis tam gratum est quam humanitas), sed ut metu poenae eos qui ad peccandum procliviores sunt a transgrediendo arceamus.

1 ¶ Scimus igitur legem nos scripsisse, qua oeconomi et antistites xenonum vel nosocomiorum vel ptochiorum vel monasteriorum sive virorum sive mulierum vel aliorum eiusmodi corporum, quorum mentionem facit anterior constitutio, vetiti sunt perpetuo eis relicta, quae annua leges vocant, ex pacto pro certa auri summa vendere vel aliter quovis modo alienare et posteros eorum solacio privare: et convenientes rationes legi addidimus, quod post tale factum non servatur annui appellatio, si non per singulos annos datur, sed semel datum deinde penitus perit.

2 ¶ Quam legem denuo cum quadam adiectione renovantes sancimus, ut, si quis devotissimorum oeconomorum vel xenodochorum vel nosocomorum vel ptochotrophorum vel gerontocomorum vel brephotrophorum vel orphanotrophorum vel archimandritarum reliquorumque, qui anteriore sacra constitutione nostra continentur, id, quod perpetuo venerabilibus domibus quas regunt relictum est, sive in aurum sive in alias res mutare conatus fuerit, ut non videatur perpetuum esse, sed transactionibus vel venditionibus vel aliis machinationibus contra vim sacrae legis iam a nobis adversus talia conamina emissae efficere temptaverit, ut perpetuum esse desinat, nullam omnino licentiam id faciendi habeat, sed, licet fecerit, factum irritum sit liceatque ei, qui post illum eandem curam suscipiet, vel si, ut fit, etiam hic neglexerit, omnibus deinceps statim id quod gestum est revocare et sic ad irritum deducere, quasi neque ab initio intervenierit, ut etiam medii temporis fructus et usurae et omnis utilitas venerabili domo plene inferantur, et quae medio tempore patrata sunt omnimodo cessent.

3 ¶ Unicuique enim homini unus vitae cursus a creatore datus est, cuius finis omnino mors est: venerabilibus autem domibus earumque congregationibus, quae immortales sub deo custodiuntur, non convenit finem imponere ne in possessionibus quidem, sed quoad durant venerabiles domus (durant autem in perpetuum et usque ad ipsum saeculorum finem, donec Christianorum nomen apud homines est et veneratur), iustum est durare etiam perpetuo relictas erogationes vel redditus immortales, ut semper inserviant piis actibus numquam cessaturis.

4 ¶ Qui autem eiusmodi quid deliquerit et pro auro vel alium in modum rem alienare conatus fuerit, damnum secundum ea quae antea dicta sunt domibus, adversus quas hoc perpetraverit, nullum afferet, sed illae et aurum vel rem quam acceperint lucrabuntur neque eo minus quod relictum erat exigent sine ulla imminutione, is autem qui id fecerit heredesque eius vel successores et res ipsius tenebuntur ei quocum contraxerit, et cum persona sua suisque facultatibus eum indemnem praestet, ut adversus venerabilem domum, quam frustra damno affecit, nullam datorum restitutionem vel eius quod gestum sit approbationem speret, quod vero ad eum cum quo contraxit attinet, huic omnino liceat secundum leges adversus eum heredesque et res eius agere et quod dedit si possit exigere, quo isti, si minus devotione erga deum, saltem periculo propriae substantiae heredumque suorum tardiores fiant in talibus contractibus ineundis, quos constat eos ad bonum nullum facere, sed aut pecuniis corrupti aut affectui alicui cedentes.

5 ¶ Quae omnia per hanc sacram legem prohibentes et ipsam sacris legibus nostris inseri iubentes domino universorum deo et salvatori nostro Iesu Christo eam offerimus etiam hoc ei pulchrum dignumque sacrificium facientes.